



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Pivs Papa V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

P I V S P A P A V.

A Sanctissimi D. N. Pij Papę V. pręceptum quod Principes, iudices, & iustitię ministri mandatis Cardinalium Inquisitorum generalium in concernentibus officium Sanctissimę Inquisitionis pareant; & reos quoslibet heresi inquisitos, pro quibusvis alijs delictis carceratos, suspęsa aliorum criminum cognitione, ad Inquisitores deferant, vt causa fidei prius cognoscatur, inde pro alijs delictis a suis iudicib. puniatur.

B Sanctissimus D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa quintus, statuit, decreuit, & ordinauit, ac mandauit, vt negotia fidei omnibus, & singulis alijs pręferantur, cum fides sit substantia, & fundamentum Christianę religionis. Idcirco omnibus, & singulis almę Vrbs, eiusque districtas gubernatori, senatori, vicario, & Camerę Apostolicę Auditori, & quibuscunque alijs legatis, vicelegatis, gubernatoribus prouinciarum, & terrarum suę Sanctitati, & S. R. E. mediate, & immediate, subiectarum, ac eorum locatenen. officialibus, barfellis, & alijs ministris, necnon alijs locorum ordinarijs, ceterisque magistratibus, & officialibus, ac cuiusvis conditionis, & status hominibus in omnibus, & singulis terris, oppidis, & ciuitatibus, ac in tota republica Christiana existen. sub excommunicationis latę sententię, ac indignationis suę Sanctitatis, & alijs arbitrio suę Sanctitatis, & Illustrissimorum, & Reuerendissimorum dominorum Cardinalium Inquisitorum generalium imponendis, & exequendis pęnis, vt eisdem Cardinalibus Inquisitoribus, ac eorum pręceptis, & mandatis in quibuscunque officium Sanctę Inquisitionis huiusmodi concernen. pareant & obediant. Reges uero, Duces, Comites, Barones, & quosuis alios Principes seculares in Dei nomine rogauit, vt eisdem Cardinalibus Inquisitoribus, eorumque officialibus faueant, auxiliumque prębeant, & à suis magistratibus subditis auxilium pręberi faciant in negotijs ad dictam officium spectan. Necnon carceratos quoscuque pro quibusvis delictis, & debitis etiam atrocibus apud dictum Inquisitionis officium quomodolibet delatos, vel denunciatos, suspęsa aliorum criminum inferiorum cognitione, ad eosdem Cardinales, & Inquisitionis carceres, ibidemque ad criminis heresis totaliter cognitionem, & expeditionem retinendos, & postea ad eosdem officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos, sine mora transmittant.

Ex bullatio Pii V. Romę impresso.

P I V S P A P A V.

Sanctissimi Domini N. D. Pij Papę V. Constitutio contra offendentes statum, res, & personas officij Inquisitionis heretica prauitatis.

D Quicumque quacunq. dignitate seculari decoratus Inquisitorem, aut quemlibet sancti officij ministrum, aut accusatores, denuntiatores, & testes in causis fidei offenderit, aut perterrefecerit, siue res quascuq. sacri officij priuatas, aut publicas inuaserit; vel capos pro crimine heresis liberarit, prohibuerit, ne caperentur, aut occultauerit, aut denique quocunque alio modo causis fidei nocuerit, etiã si nihil sit mali subsecutum anathemate percussus est, & velut reus lese maiestatis, omni dominio & dignitate eo ipso priuatur, filij etiã talius infames sunt, & omni hereditatis successione, & donationis iure, aut alia liberalitate carent, idẽ penitus obseruetur in personis ecclesiasticis, que sitale quid commisisse constiterit, degradentur, & curię seculari relinquuntur; Pontificũ tamen cause Romano Pontifici reseruatur, qui pro talibus intercedit, in fauorũ hereticorum penas ipso facto incidit, qui hac delicta adhuc occulta manserint, supplicio liberatur, nullus ex prędictis à pręfatis penis liberetur, nisi postquam per sex menses pontifices Romani in sede Petri sederint: idque precibus prius in sancto Inquisitionis senatu verificatis, aliter quid quid gestum fuerit, irritũ est et inane, pręlati has constitutiones publicẽt, principes seculares ministris sacri officij omne auxilium pręstent & fauorem, & sententias in reos heresis latas exequatur.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

E Ide protegendis ceteris omnibus Ecclesię ministris, quos in fidem & clientelam nostram a Domino recepimus, cura nobis quotidiana insidet, quanto maiore studio eam nos sollicitudinem capere necesse est, vt qui in sacro Inquisitionis hereticę prauitatis officio versantur, sub tutela inuiolata auctoritatis huius sedis periculum omnium expectes, & queque munera ad exaltationem fidei catholicę exequantur? Cum itaque eius generis impiorum etis quotidie magis inualescat, qui omnibus malis artib. prędictum officium subuertere, ministrisque functionibus disturbare moliuntur, ed iam nos detrusit necessitas, vt nefariam, & scelestam illorum audaciam accerbiorē castigationis verbere reprimamus. Hac igitur generali constitutione de fratum nostrorum consilio sancimus, ut quicumque siue cuncta ciuitas, siue populus, siue dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiore titulo illustris, quemuis ex Inquisitoribus, Aduocatis, Procuratoribus, Notariis, aliisque ministris prędicti officij, vel Episcoporum id munus in sua dicecesi, aut prouincia obeuntium, seu accusatorem, denunciatorem, aut testem in causa fidei quomodocunque productum, vel euocatum occiderit, uerberauerit, deiecerit, seu perterrefecerit, quicue ecclesias

Edita anno Domini 1569.

Ex bullatio Pij V. Romę impresso.